



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

313. Confeßio innocentiae & divinitatis D. N. Iesv Christi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESV CHRISTI. 287

I. Terra mota est, & petrae scissae sunt.
Matth. 27. v. 51.

III. Monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. *Matth. 27. v. 52. 53.*

MEDITATIO CCCXIII.

*Confessio innocentiae, & divinitatis D.
N. IESV Christi.*

I. **V**idens Centurio, quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Verè hic homo justus erat. *Luc. 23. v. 47.*

II. Videns Centurio, qui ex adverso stabat, quia IESUS sic clamans exspirasset, ait: Verè hic homo filius DEI erat. *Marc. 15. vers. 39.*

III. Centurio, & qui cum eo erant, custodientes IESUM, viso terrae motu, & his, quae fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius DEI erat iste. *Matth. 27. v. 54.*

IV. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant, quae fiebant, percutientes pectora sua revertebantur. *Luc. 23. v. 48.*

ME-